





1.
1.
2.
0
3.
4.
5.
6.
7.
8.

1702.

1. Carocius, Alexander: De teste singulari.
2. Caroc, Alexander: Programma, quo . . . ad Disputationem
nem in ang. . . . Hurvi Christiani Schaefferi . . .
jura Facultatis nominat. . . . invitat.
3. Mercorius, Petrus: De praescriptione fundi.
4. Mercorius, Petrus: Programma, quo . . . ad in ang.
Disputationem . . . a Petro Bernardo Clesen pro
summis in utroque jure honoribus . . . consequen-
dis . . . habendam . . . invitato.
5. Mercorius, Petrus: De rerum permutatione.
6. Magerus, Joh. Frid.: Obumbrationem virtutis
Albivini Luc. I. 35. ad Vinctum oration. acad. Jo.
Georg Dorochaei. . .
7. ¹ Faltheimius, Dr. Philipp: De marito reginae.
8. Schack, Johannes: Disputatio Carolina de utilitate
praesentiae principum in consilio Imperii Romano-
Germanici.



1702

9^a ^{st.} - Schack, Johann : De jure in Rebus Paganis

1703.

1. Gordenius, Henr. Christoph. : De majestate laesa.
- 2^a ^{st.} Gordenius, Henr. Christoph. : De propinquo in sponsa-
litas consensu necessariis.
3. Gordenius, Henr. Christoph. : De praescriptione quae
et veris creditorum apponitur.
4. Mascovius, Petrus : De pollicitatione et voto
5. Prekheimus, Dr. Philippus : De Constitutione adp. Genio
nobilitatis civitatis.
6. Schack, Johann : Disputatio Corolina sistens argumenta
quaedam juris publici de Capitulatione Imp. Rom.
Henr. ex suffragiis omnium Imperii Ordinum
concipienda ; et de ejus perpetua forma.

1704.

1. Caroe, Georg Adolph: De filio-familias debitorum
sive ejusdem obligatione in universum.
2. Guderius, Henning Christ: De impensis a Creditore ante
christico factis.
3. Mercorius, Petrus: Proprietatis ordinaris exhibitas.
synopticum precarii tractationem
4. Palthenius, Johann Philippus: De detronisatione
5. Haegemann, August: De jure principis circa sacra.

1705

1. Caroe, Georg Adolph: De his, quae, a morte
Catonis, juris morisue publici sunt
2. Caroe, Georg Adolph: De solutione a testis facta
3. Guderius, Henning Christ: De usuris mutui ex mora.
4. Palthenius, Dr. Phil: De jure principis dispensanti
circa leges praecipue penales. 2 Saupl.

17057

5. Puchterius, Jo. Phil: De jure principis dispensandi
circa leges praecipue penales.

6. Saalbach, Christianus: De libris veterum.

7. Schaefferus, Johannes: De commodis, ex pace
Aegyptiacis: in imperium Romanum. Formam
revidentibus.

1702, 2

2

PROGRAMMA,
 QVO
 AD DISPUTATIONEM INAUGURALEM
 PRÆNOBILISSIMI ET DOCTISSIMI
 JUR. UTR. CANDIDATI
 DOMINI
**HENRICI CHRISTIANI
 SCHÆFFERI,**

Güstroviensis Megapolitani,
 proximo die XIX. Januarii adornandam,
 Magnificum DN. Academiæ RECTOREM & Pro-Cancel-
 arium Dignissimum, neque solum.

Dominos Professores omnes,
 Omnesque Dominos Studiosos;
 Sed etiam præcipue
 illustrem

Supremi Dicastrii Provincialis Senatam,
 juxta &
 Amplissimum Urbis Magistratum,
 tum quoque
 omnes & singulos bonorum Studiorum
 Fautores,

Juridicæ Facultatis Nomine,
 reverenter, officiosè & peramanter
 invitam

ALEXANDER CAROC.
 Jur. Prof. Ordinarij & Disputationis PRÆSES.

GRYPHISWALDIE,
 Typis DANIELIS BENJAMINIS STARCKII,
 Reg. Academiæ Typogr.





eritate ceteri nulla res nobilior potest, esse aut utilior, ut quæ non tantum cum S. Numinis cognitione nos conjungit, sed & ad bene beatæque vivendum unice facem præfert: deplorandum tamen est, tam abstrusam plerumque esse & absconditam, ut eam in occulto latere, dudum in proverbium abierit, & jam

olim Democritus in puteo sic alto, ut fundus sit nullus, demersam jacere judicavit. *Quem cum non inconcinne exagitat Lactantius, cur eam potius in imum depressam diceret, quam in summum relevatam? nisi forte mentem quoque in pedibus aut imis calcibus constituere malit potius quam in pectore aut in capite; contra ipse corporis nostri status admoncat, veritatem in summo esse querendam: concedi facile potest, veritatem quasi in summo montis vertice, quoniam in ipso caelo (ut idem loquitur l. 3. inst. div. c. 38.) esse expositam, ne in ipsam veritatem, quasi ignorari velit, culpam transferamus. Sed non minus concedendum est, mentis nostræ aciem tam esse obtusam, tam hebetem, ut nec summitatem illam, in qua veritatis arcem collocant, satis expedite assequatur, nec nebulas, quæ passim vel ipsarum rerum obscuritate, vel hominum fraudibus aut errore offunduntur, prohibi judicii vigore dissipet, aut penetret, nec suamet, quæ obfuscatur, caligine se se evolvat. Hinc ut necessaria, ita non contemnenda opera fuit eorum, qui de veritatis certioribus seu indubitatis notis cogitationem susceperunt. Licet enim circa has ipsas notas aliquando aberraverint, id tamen egerunt, ut esset exploratum*

20
raturum, quod in omni vita usum habet presentissimum.
Ne quid nunc dicam de communium principiorum ve-
ritate, in qua dignoscenda scientia Philosophica de-
sudant: de ea, quae nostri imprimis fori est, veritate,
id est, factorum judicandorum fide, nemo negave-
rit, non argumentis modo & tabulis, sed Testibus
etiam & testium dictis in lucem protrahi & manife-
stari. Cui quidam *Καίμπλο* tantum defert ipsa Scri-
ptura Sacra, ut duorum vel plurium testium asse-
ratione cujuscunque rei, etiam capitalium scel-
erum, quae utique non temere credi fas est, ostendi
veritatem doceat. *Matth. XVIII. 16. Num. XXXV. 30.*
Deut. XVII. 6. & Cap. XIX. 15. Hebr. X. 28. Fit tamen,
ut hoc ipsum veritatis *Καίμπλο* vel plane haberi ne-
queat, vel malitia eorum, quorum interest ne pateat,
vel simplicitate eorum aut inadvertentia, qui in testi-
monium adhibentur, vel quocunque demum utrorumque
vitio, vel alio casu, aut foede corrumpatur, aut infi-
gniter debilitetur, aut cum periculo sollicitetur: ut
adeo in eo adhibendo cautio requiratur quam maxi-
ma, ne iudex, quod pro veritate debebat esse, igno-
ret, aut pro vero falsum, velut nubem pro Juncone,
amplectatur. Quod quomodo evenire aliquatenus
& evitari possit demonstrat illa de *Tesse singulari* dispu-
tatio, quam Prae-Nobilissimus Candidatus noster
DN. HENRICUS CHRISTIANUS Schaffer/
publice examinandam exhibet. Hujus pro more
felicem nascendi sortem, vitam laudabiliter gestam,
& proventa ad hanc metam studia, prout nobiscum
communicavit, nunc porro cum orbe erudito com-
muni.

200
municamus. Primum is lucem adspexit Anno 1664.
Güstrovii, quæ urbs ob sedem Ducalem Mecklen-
burgensem satis celebris est. Patrem habuit Virum
Præ-Nobilissimum & Consultissimum *HENRICUM*
SCHÆFFERUM, Serenissimo Mecklenburgensium
Duci *GUSTAVO ADOLPHO*, Principi, dum viveret, in-
comparabili, à Consiliis aulicis: Matrem *CATHARI-*
NAM ZUMNERMANNIS / è ditione Luneburgica ori-
undam, foeminam sui sexus virtutibus spectatissimam,
per DEI gratiam adhucdum, & faxit Numen, quam
diutissime, superstitem. Avum Paternum nominat
Virum Præ-Nobilissimum & Gravissimum *HENRI-*
CUM SCHÆFFERUM, Serenissimi Ducis Brunsvicen-
sis & Luneburgensis supra Ducatum Dannebergen-
sem Præfectum summum vigilantissimum: Aviam
vero maternam *ELISABETHAM Sehmayers* /
ex antiqva & nobili stirpe in Marchia oriundam.
Avum maternum habuit Virum integerrimum, Mer-
catorem in Luneburgensium urbe præcipuum: Aviam
maternam ex antiqvo genere Ottonum in terris Lune-
burgicis haut incognito. His optimis honestissimis-
que Parentibus editus primis literis imbui cœpit pri-
vata institutione *ADAMI COCHII*, Theologiæ Studiossi
solertissimi, nunc autem Pastoris Dobbertinensis
vigilantissimi. Hoc ad Pastoratus officium promotus,
honoratissimus Dominus Parens optimæ spei filium in
publicam, quæ in illustri Gymnasio Güstroviensi flo-
ret, disciplinam tradidit, ubi Præceptores nactus si-
delissimos *DN. JOHANNEM BURCHARDUM*
KUSTERUM, *DN. Cantorem Ramfium*, cujus plana
docendi methodo se multum profecisse grata in virum
dc

de se bene meritum mente proficitur. Accessit indefessa DN. M. JACOBI DURELDI, tum temporis Sub-Con-Rectoris fidelissimi cura & diligentia. Cum patrium hoc Gymnasium ex voluntate Parentis reliquisset, ad illustre Gymnasium, quod Misena est accessit, & docentem ibi audivit DN. JOHANNEM WILCKIUM, virum eloquentia & rerum toto Orbe gestarum notitia nemini secundum. Sed hunc expectatione citius tabe confectum cum multa eruditionis Successore M. JUSTO GOTHOFREDO RABNERO, commutavit, qui suo erga hunc nostrum amore diutius illum retinuisset, nisi cum Patris e vita excessus domum revocasset. In isto, quod dixi, Acroatio Electorali, non intermisit, quæ diligentem Alumnus decebant, sed audiendo, scribendo & declamando omnes industria Scholastica titulos implevit, donec post transcriptum sic integrum triennium, Oratione de Felici Principis Regimine habita, hujus loci Musis valediceret, & orbus Patre domum rediret. Non diu ibi haesit: Sed ad studia Academica maturus Consilio Cognatorum Ao. 1693. Jenam primum adiit, ubi Praeceptoribus per aliquod tempus usus JCtis Celeberrimis LYNKERO & WILDVOGELIO. Cum Matris svavissima literis domum revocaretur, in itinere Berolini Aulam Electoralem splendidissimam contemplatus, mox inde Rostochium se recepit. In hac Musarum sede per integrum triennium excellentissimis Consultissimisque Dn. Professoribus in Philosophia maxime DN. D. SCHÆFFERO, & DN. D. MÜLLERO, nec non DN. D. KLEINIO, JCto Famigeratissimo, nunc Serenissimi Ducis Sverinensis Consiliario longe

longe æstumatissimo differentias Juris Civilis & Cano-
nici tradenti, sedulo Auditor adfuit, ut, cum Serenissima
Princeps MecklenBurgensis, LUDOVICA, FRIDE-
RICI IV. nunc Potentissimi Danorum Regis, tum
verò temporis Hæreditarii Principis, Regia sponsa
Hafniam ad Augusti thalami sacra solennia concedere-
ret, comitatui altè memoratæ Principis ei interesse
liceret, & tum omnem illam Regiarum nuptiarum
pompan, tum quicquid rerum pretiosarum aut curio-
sarum Aula Regia spectantium admirationi subjecit,
devotis contentisq; oculis contueri. Nec minor ea
fuit felicitas, quando rediens quoque in comitatu
hæsit Serenissimæ Principis MARIAE, Serenissimi Ducis
Strelitzenfis Conjugis quondam Svavissimæ. Cui
occasione debet, ut non recto itinere, sed hinc cõ nobi-
liori, Rothschildii Regis monumentis, & Eutini Aula
Reverendissimi juxta & Serenissimi Lubecensium
Episcopi, qui Sereniss. Principem Splendido aliquot
dierum hospitio exceperat lustratis, per Lubecam
demum Güstroviam, & hinc ad Musas Rostochien-
ses rediret, principalis gratiæ documenta non una
expertus. Rostochii adhuc annum commoratus Ao.
1698. Halam Magdeburgicam, Lipsensium Universi-
tate in itinere salutata, se recepit: inque ea Jctos
celeberrimos, STRICKIOS, THOMASIIUM, BODINUM,
Juris præcepta, quæ Naturalis quæ Civilis, quæ Pu-
blici quæ Privati explicantes, audivit, tum inprimis
Excellentiss. DN. D. ANDRÆ GÖTSCHII, accurata non
minus quam fideli & amica institutione usus est. Intere-
rea temponis cum fama esset, fore, ut Potentissimus
Rex ANGLIÆ WILHELMUS cum Sereniss. Duce Zel-
lenfi

lenſi GEORGIO WILHELMO, in colloquium veniret,
incenſus ſtudio videndi tanti Principis & Regis, quæ
tum rerum geſtarum gloria tum perpetua felicitate
inſignem terrarum orbis mirari nunquam deſinet, ex-
cuſſionem quendam fecit per Magdeburgum & Brun-
ſvigam, quæ urbs tum temporis nundinis ſatis cele-
bratis frequentabatur, ad Ducalem Sedem Zellam, quæ
Adventus Regii honorem propediem ſibi haberi
ſperabat. Sed cum adventus ille diutius differre-
tur, ne ſtudiis ſuis damnosa mora eſt, contentus,
quicquid tum Ducalis Sedes Zellensis & Guelfer-
bytana, Electoralis Hannoverana, tum alii Serenis-
ſſimorum Principum receptus & arces, ſpectandum da-
rent, luſtraſſe & probe obſervaſſe, divertens in re-
ditu ad Muſas Helmſtadienſes, Halam & ſolita Juris
ſtudia repetiit: ubi, quæ in Academiis imbibere,
ſedulo ruminatus eſt, donec ad hanc Noſtram Gry-
phiswaldenſem acceſſit petiitque à nobis permodeste,
ut, examinatis ſtudiorum ſuorum rationibus, *Licen-
tiam* ei impertiremus conſequendi titulum & hono-
rum Doctoralem. Id verò eſt quod ritè examinato
Facultatis noſtræ ſuffragiis ita ei decrevimus, ut poſt
lecturam ad l. 32. n. de Reb. Cred. quam ſibi delegerat,
in publica etiam & ſoleni Diſputationis Panegyri
æquis rei æſtimatoribus ſe probaret. Horum beni-
gna interpretatione ſatis conſiſſi prælaudatum Dn. Can-
didatum noſtrum proximo Die XIX. Jan. ſiſtimus ex-
perturum, quod in hoc labore extremum eſt, & de-
creta ſibi *Licentia* meritò potiturum; ut deinceps cum
ſuis meritis dignisque præmiis ornatum in ſpem pul-
cherriſſimam Boni publici Patriæ ſuæ reddamus. A deſte
VIRI.

2002.
VIRI! Adeste Juvenes! Adeste omnes Boni! quos
pro eo ac nos decet erga singulos, honorificentis-
simè & perhumaniter invitamus, nec minus de nostro
quam ipsius Domini Candidati nostri, vicissim bene-
merendi obsequio, officio, studio rogamus &
jubemus esse admodum
securos.

Publ. GRYPHISWALDIÆ,
Sub Sigillo Facultatis Juridicæ,
Dominica II. post Epiphan.
ANNO M. D. CC. II.



Greifswald, Diss. 1702/05

ULB Halle

3

004 564 162



TA → Öl

mit 1 + 17 Stück verknüpft und
f



Inches

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

1702, 2 2

PROGRAMMA,
QVO
AD DISPUTATIONEM INAUGURALEM
PRÆNOBILISSIMI ET DOCTISSIMI
JUR. UTR. CANDIDATI
DOMINI
**HENRICI CHRISTIANI
SCHÆFFERI,**

Güstroviensis Megapolitani,
proximo die XIX. Januarii adornandam,
Magnificum DN. Academiae RECTOREM & Pro-Cancel-
arium Dignissimum,
neque solum.

Dominos Professores omnes,
Omnesque Dominos Studiosos;
Sed etiam præcipue
illustrem.

Supremi Dicasterii Provincialis Senatam,
juxta &

Amplissimum Urbis Magistratum,
tum quoque
omnes & singulos bonorum Studiorum
Fautores,

Juridicæ Facultatis Nomine,
reverenter, officiosè & peramanter
invitat.

ALEXANDER CAROC.

Jur. Prof. Ordinar. & Disputationis PRÆSES.

GRYPHISWALDIE,
Typis DANIELIS BENJAMINIS STARCKII,
Reg. Acade m. Typogr.